

habere tributum cesaris est non negetur. eccia dei est. cesari vtiq; non donec. Pri^{us} est vt animā mibi q̄ fidem auferat. Tercio in reprehendendo principū vicia. Cū cum theodosius impator quosdam innocentes occidi mandasset. Ambro. ipsum dure redarguit ab introitu ecclesie ipsum suspendit et publicam penitentiā eidē iniunxit. Titum. ij. Argue cum oī impio. Secundū priuilegium est qz sunt in vita sua valde virtuosus qd̄ notat cum dicitur Fauus vbi est mel et cera. Distinguit autē Aug. lib. de ciui. dei. triplex genus vite. scilicet ociosam que consistit in ocio contemplatiōis et est quasi mel. Actuosam que consistit in labore actōis et est quasi cera. Ipsi enī actiui ad instar cere debent esse ductibiles ad omne bonum. Et ex vtroq; positam est quasi fauus. Prima autem vita. scilicet contemplatiua consistit in deuota oratiōe. in diuino reuelatiōe. et in dei laudatiōe. Et ista tria Ambrosius habuit. scilicet deuotam oratiōem. vnde dicit in historia ecclesiastica. Ambrosius aduersus regine furorē non se manu defendebat aut telo. sed ieiunij et vigilijs sub altari positus per obsecratiōes defensores sibi atq; ecclesie deum pabat. Habuit diuinorū reuelatiōē qz sp̄m sctm̄ in specie ignis et i modū scuti ad se venientem asperit. Fecit dei laudationem. vnde refert Aug. in libro psal. qz cum iustina ipsum cum populo catholico intra ecclesiam pclusisset. Ambrosius insinuit hymnos et psalmos decantari. ne populus meroris tedio prabesceret. Secunda vita. scilicet actiua consistit in carnis maceratione. elemosinarū largitiōe et vili occupatione. Prīmū habuit Ambrosius qui tante abstinentie fuit qz quotidie nisi i sabbato et die dominica et festis precipuis ieiunabat. Secundū habuit vnde et rīdet impatori et est in decreto. Si a me peteret qd̄ meum esset. i. fundū meū. argentum meum aut hmoi nō refragrarer. q̄q; oīa

que mea sunt pauperes sunt. Tercū habuit. qz semp̄ aut orabat. aut p̄dicabat. aut libros scribebat. Tercia vita. scilicet ex vtroq; composita consistit in obseruatiōe psiliorū scilicet paupertatis castitatis et humilitatis. Et ipse pauperem se fecit. qz factus ep̄us omnia paup̄ib; dedit. et virginitatē p̄petuam p̄seruauit. humilitatem magnā habuit. vnde ipse dicit. Ambrosius nescit inflari. Tercū priuilegiū est. qz fuit i sua predicatione valde discretus. qd̄ notatur cum dicitur. Disyllans. i. diuersimode syllas. Non enim vna et eadē instructio est oīb; facienda. sed scdm̄ qualitatem auditorū formanda. sicut ostendit Grego. in li. moral. dicens. Sepe alijs officiū que alijs p̄sunt. Nam plerūq; lxxe que lxxc alios reficiunt. alios occidunt. et leuis sibilus equos mitigat. catulos instigat. et medicamentum qd̄ huic morbus imminuit alteri vires iungit. et panis qui vitam fortium roborat. paruulorū necat. et corde consonam modulatiōem reddunt. que vno quidem plectro sed non vno impulsu ferunt. Et quib; verbis habetur qz sermo dei est tanq̄ lxxba viridis dei que animā p̄fortat. Est tanq̄ sibilus dei qui animā peccatorū ad deum reuocat. Est tanq̄ medicamentū dei qd̄ animā infirmā sanat. Est tanq̄ panis dei qui animā famelicā satiat. Est tanq̄ plectrū dei. qd̄ sp̄ualem melodiam generat.

De sancto Georgio martyre.
Sermo primus

Induite vos armatura dī vt possitis stare aduersus insidias diaboli. qz nō ē nobis colluctatio aduersus carnē et sanguinem. c. Epl. x. vi. Miles strenuus debet esse armis munitus et ad hostes expugnandos sp̄ paratus. Et qz beatus georgius erat miles dei. iō primo describit ab induitiōe

armoz cum dicitur **I**nduiteros armatu
ram. Secdo ab expugnatōe hostium cum
dicitur. qz non est nobis colluctatio. **H**a
buit arma que ponūt ex omni pre. **Eph.**
vi. scz lorica iusticie. Sicut enim lorica ex
omni pre munit. sic beatus georgius fuit
munitus a dextris seruando in pspers tē
perantia. a sinistris hūdo in aduersis pari
entia. ante pericula precauendo. retro dei
beneficia memorando. **S**ecdo habuit gla
dium spūs qd est verbum dei. **I**fluz autē
gladiū habuit valde acutū p fetnorē val
de limatū vice per splendorē. et aliqñ eua
ginatum. aliqñ repositum per discretōem
Ezech. xxi. Gladius eracutus est et luma
tus. **U**t cedat vicrimas eracutus est vt
splendeat limatus est mucro et euaginat?
Tercio habuit galeam. Caput enim est
mens. galea est spes eterne salutis. **i.** ad
1. Thess. v. Induti galeā spem salutis **D**e
bze. vi. Confugimus ad tenendā ppositā
spem. **Q**uaro debet assumere scutum fi
dei. **D**icit autē fides scutū. qz ibi pstringūt
oīa dyaboli tela. **Eph. vi.** In omnibz su
mentes scutum fidei. in quo possitis oīa
tela nequissimi ignea extinguere. **T**uz qz
est tñ in sinistra et non in dextra. et in pñti
vita et non in futuro. **T**um qz est de deo i
quo sunt tres anguli. i. tres plone et tñ est
vnum scutū. i. vnus deus. **Q**uinto debz
assumere lanceā caritatis. Est autē caritas
qua quis diligit deū et primum et ordina
te seipsum. de quo triplici modo dicit **Ma
th. xxi.** Diliges dñm deū tuum quo ad
primū. et primū tuum quo ad secundum
sicut teipsum quo ad terciū. **I**ste sunt tres
lancee quibz dyabolus vulnerat. de quibz
dicit **Reg. xviij.** Tulit ioab tres lan
ceas et fixit eas in corde absalon. **C**ū em
diligimus deum vulnerat dyabolus lan
cea inuidie. **C**um diligimus primū tunc
vulnerat lancea iracundie. **C**um ordina
te diligimus nosmetipsos vulnerat lan
cea trisicie. **S**ecundo pmetat ab expu

gnatione hostium cum dicitur. qz nō est nobis
colluctatio. **I**pē em quatuor hostes vi
cit. scz dyabolum. mundū. corpus ppiū.
et deū qui intantū hostis noster dicit inquan
tum sensualitati nostre aduersat. de quo
dicit **Matth. v.** Esio pñtiens aduersario
tuo. **P**rimo igit vicit dyabolum. qd
significatū est p draconē quem interfecit.
qui in fluie habitabat. Est enim animal
valde fribundū. firim tñ suam rpat tribz
modis. scz haustu fluuij. et attractōe venti
et potu sanguinis elephantis. **C**um enim
elephas habeat sanguinē frigidū. draco
naturaliter illum sicit. **D**racone igit infema
lis qui nostram perditōem sicit. ipsam si
rim tempat haustu fluuij. **P**er fluuiū in
telligunt luxuriosi qui semp devicio flu
unt in viciū. **Ezech. xxi.** Ecce ego ad te
pharao rex egipti draco magne qui cubas
in medio fluminū tuoz. **N**on enim cubat
in medio fluuij iherusalem. sed egipti. i. in
mundaz mentiū. **I**here. ij. Quid tibi in
via egipti vt bibas aquam turbidā. Est
tñ tante audacie qz et sanctos abforbere co
natur. **Iob. xl.** Dabit fiduciam qñfluat
iordans in os eius. **S**ecdo eam tempat
attractōe venti **I**here. xxiij. **T**raxerunt vē
tum quasi dracones **A**uaticia em ventus
dicit. qz aīam non sanat sed inflat **Ecc. xxiij.**
Quasi qui apprehendit vmbra et sequitur
ventū. **T**ercio eam tempat sanguine ele
phantis. **P**er elephante superbi intelli
gunt qui sunt docti ad preliandū. i. ad ri
xandū. et frangi quidem pñt. flecti autē nō
possunt. **N**op em superbia dyabolus nu
trit **Iob. xl.** Huic enam mentes lxxbas
ferunt. **S**ecdo vicit mundū. **M**undus ei
ptra eū pugnavit gravia supplicia inferē
do. **I**nter ceteros em martires tres fuit
qui actioza supplicia passi sunt. scz lauren
tius. vincentius et katherina. sed iste cum
vincentio passus est eculi extensionē. ro
tius corporis lamiatōem. viscerū effusionē.
et salis pñticatōem. cum laurentio passus
o. ij.

est in sartagine plumbi liquorem. et cum tali oleo assaret. et cum katherina habuit rotam acutis gladijs vndiq; circūseptā. Ista autē supplicia vincebat p patientiā et ideo nō poterat frangi **Hebr. x.** Patientia vobis necessaria est. et p pstantiā. et iō nō poterat supari. **eiusdē. xi.** Fortes facti sunt in bello. p crucis efficaciam ideo nō poterat a diabolo ledi. **Ezech. ix.** Omne autē sup quē videtis thau nō occidatis. **Tercio** vicit corpus ppiū qz ipm morti tradidit ppter xpm. Corpus ei est equus anime. vestimentū anime et domus aie. Nullus igit debet timere exponere morti pigz runcinū. i. corpus corruptōni subditum qui sperat recipe dexteraū. i. corpus glorificatum. **Phil. iij.** Saluatorem expectamus dñm ihsūm xpm qui reformabit corpus humilitatis nostre. **et.** Nec dō timere laceratōne vestis corrose. **Job. xij.** Quasi putredo psumēdus sum et quasi vestimentū qd pmedit a tinea. qñ sperat induitōnem vestis deaurate. **ps.** Alunt regina. i. anima a dextris tuis investitu deaurato. **et.** Nec timere debet destructionē domus ruinosē. quādo sperat se habiturū habitationem domus eterne. **ij.** **Cop. v.** Scimus quoniā si terrestris domus nostra huius habitatiōnis soluat. **Quarto** vicit deum. Deus enim licet sit omnipotens ramen a tribus dimittit se vinci. **Primo** a sua pietate viscerosa. **Exe. xi.** Conuersum est in me cor meum. **et.** Isto modo pmissit se vinci qñ ad beatū georgium. videns enim ipsū tā crudeliter laceratū pietate mortuus ad ipsum venit et dulciter pforauit. **Secūdo** vincit a nostra oratiōe lacrimosa. **Osce. xij.** Inualuit ad angelū et pforatus est fleuit et rogauit eū. Isto modo se vinci pmissit ab oratiōe scī georgij. nam imminēte passione rogauit deum pro illis qui ipsum inuocarent. Et ecce vox ad eum venit qz sic veniret et fieret pui postulauit. **Tercio** vincit a morte

factioz victoriōsa. **Mathe. xi.** Regnum celoz vim patit et violenti rapiunt illud. Isto modo beatus georgius p suā passionem regnum celeste sibi rapuit et ipsum sibi ppetuo acquisiuit.

De eodem Sermo. ij.

Quoniam leonē et draconem ps. Sāctus georgius draconē pculcauit qñ ipsum interfecit p quem draconē significat diabolus. sicut enim draco semp insidiat elephantū. sic diabolus vitiis sanctis. Circa autem hec quatuor sunt videnda. **Primo** quare diabolus p draconem significat. **Et** est rō. qz draco est animal valde nociuū. Nocet enim lingua p horribilem sibilū. dente p letalem morsum. flatu aere inficiendo. et cauda pstringendo. sic diabolus nocet p sibilū male suggestiōis. **Iudi. v.** Quare habites inter duos terminos vt audias sibilū gregum. i. demonū. Unus terminus ē diabolus qui sibilat malā suggestionem. Alius est mūdus qui sibilat vanitatem cupiditatem et carnalem delectationē. **j.** **Jo. ij.** Omne qd est in mūdo aut est pcupiscentia carnis. **et.** Nihilominus tñ deus sibilat peccatori p internam inspirationem. **Isai. vij.** Sibilabit dñs musce. et tñ peccator citius acquiescit diabolo suggerenti et carni inficiēti qz deo inspiranti. **Secūdo** nocet p morsum prauē delectatiōis. **Grego.** Prius illicita suggestens linguam extrahit. post ad delectatōz trahens dentem figit. **Deu. xxxij.** Deuorabunt eos aues morsu amarissimo. **Tercio** nocet flatu venenoso et ignito prauis operis. In homine enim est pcupiscentia praua ibi diabolus immittit temptatiōes ignitas. et sic impellit ad opatiōes illicitas. **Isa. liij.** Ecce ego creavi fabz sufflatem i igne prunas. **Quarto** nocet caudā pstringēdo fune prauē psetudinis. **Apoca. xij.** Draco trahit caudā terciā prem

stellaz. id est illos qui nec sunt actiui nec
 premlatiui **Job. xvij.** Immisit in rete
 pedes suos. Qui enim scdm gregori. in
 rete pedes mittit non cum voluerit eicit
 Sic qui in peccatis se detegit non mox cū
 voluerit surgit **Secundo** videndum est
 qre beatus georgius et alij scripserunt per ele
 phantem figurant. Nam fm arestontem
 elephantes carēt felle. et ideo naturaliter
 sunt benigni. Fiunt autē seueri aut quādo
 nimis puocantur. aut qñ amore seriuñt.
 aut qñ vino inebriati ad prelium aciuñt
 Sicut serui dei quibz sint mansueti tamē
 debent esse seueri ad corripiendū maxime
 qñ a peccatoribz puocant ex iniurijs deo
 illatis. **Psal. xlii.** sup in quos pacem
 peccatorū videns. **Secundo** feruentes ad
 diligendū. **Roma. xij.** Spū feruentes do
 mino feruentes. **Tercio** acuti ad prehan
 dum. ad qd quidem aciuñt quando me
 moria passionis dominice inflammantur
 quod significatum est. **i. Machabeo. vj.**
 vbi sq dicitur q elephanti ostenderūt
 sanguinem vne et mori ad acuendū illos
 in prelium. Christus enim fuit vna inqñ
 tum de virgine natus. et in patibulo
 crucis eius sanguis effusus est. et fuit mo
 tus inqñtum in passione denigratus **Tercio**
 videndū est qualiter draco. id est dya
 bolus pugnat cum elephante id est san
 ctis viris. Pugnat namqz tribz modis
Primo excecando. i. lumen fidei auferen
 do. **i. Reg. xj.** In hoc feriam vobiscum fe
 dus vt etiam omnium vestroz oculos der
 tros. Talis enim est inabilis ad pugnan
 dum. qz si sinister oculus impedit a clipeo
 dexter vero priuat lumine suo. et sic nec vi
 detur qualiter percussus se defendat. Sic
 ille qui amittit lumen fidei a diabolo qui
 tem feriri potest. se autē defendere non pōt
Secundo pugnat pedes elephantis cau
 da pstringendo et inuoluendo. et sic ad ter
 ram detegendo. sic et drabolus cauda ho
 minem inuoluit qñ ipsum temptatōibz

frzetitum ad peccandum detegit. **Job. xv
 iij.** Tenebit planta eius laqueo et erit de
 sarpta eum fitis. **Tercio** eius sanguine
 bibendo. in omnibz gratijs et meritis pri
 uando **Job. v.** Cuius in essem famelicus
 comeder et ipsum rapier armatus. et bibe
 sitientes diuitias eius. **Quarto** viden
 dum est qualiter elephantes vincunt dra
 conem. Vincunt autē ipsum quatuor mo
 dis. **Primo** aquā cum rostro in eius faci
 em pñciendo. sic sancti viri dyabolū vin
 cunt qñ aquam lacrimaz in eum pñciūt
 Ipsa enim orō lacrimosa habet dyabolū
 expellere **Mar. ix.** Hoc genus demonioz
 in nullo potest eijci nisi in orōe et ieiunio.
Habet ipm submergere **Ero. xij.** Sub
 merfi sunt quasi plumbū in aquis vel xñ
 tibus. **Habet** ipsum ptribulare. **Psal. Cō**
 tribulasti capita draconū in aquis. **Se**
 cundo caput eius preterendo. Elephas em
 caput ipsius draconis cum planta preterit
 et tunc draco terribilem sibulum emittit.
Mich. j. Faciam planctum velut draco
 num. Iste est secundus modus vincēdi
 dyabolū sq caput sue suggestiōis pretere
 re. **Gene. iij.** Ipsa preter caput tuū. Qñ
 enim caput preteritur. tunc virtus dyaboli
 a fundamentis enervat **Abbac. iij.** Per
 cussisti caput de domo impij et c. Quando
 drō nō preterit tunc draco cū cauda sue sug
 gestiōis hominē ad terram trahit. et sur
 gere nequit. **Leu. j.** Dedit me dominus
 in manu de qua non potero surgere. i. per
 me ipsum. **Tercio** dorsum opponendo. di
 ligenter enim ventrem custodit et dorsum
 opponit Venter enim est ipsa sensualitas
 quam draco appetit. **Altre. i.** Venterqz su
 um repleuit teneritudine mea. Dorsum
 nostrz est ipse xps inqñtum peccata nostra
 et vulnera nostra suscepit et portauit. De
 bet igitur homo a dyabolo sensualitatem
 suam abscondere et christi passionem op
 ponere. in qua fuit dorsum nostrz **Isa. liij**
 Dominus posuit super eum iniquitatem

omniū nostr. **Et** scutum nostr. **Item. iij.**
Dabis eis scutum cordis laborem tuū.
Et antemurale nostr. **Isa. lvi.** Saluator
 ponet in ea murus et antemurale. **Quar-**
 to eum vincit mole corporis opprimēdo.
 sepe enim contingit qd cum draco cauda
 stringendo pedes elephantis ad terrā tra-
 hit. ipse enī elephas sup draconē cadēs
 mole corporis ipsum eringuit. **Et** est iste
 quartus modus vincendi. s. p passionē.
 diabolus enim martirē ad terrā trahit p
 mortē corpis. sed martir demonē vincit
 p victoriā passiōis. **Jer. xvi.** Fortis im-
 pegit in fortem et ambo piter corruerunt.
Cadit diabolus qz maiori pēa pstringit
Cadit martir q̄rum ad corpus. sed eius
 in celo anima coronat.

De eodem Sermo. iij.

Labora sicut bonus miles illexu-
 cisti. **iij.** **Ubi. ij.** **Ubi. ij.** **Ubi. ij.** **Ubi. ij.**
 militem tria faciunt. s. sedulitas
 in opando. strenuitas in preliando. et fide-
 litas in obsequēdo. qñ. s. et sedule laborat
 et strenue pugnat. et dño suo fideliter mi-
 litat. **Ista** tria notant in verbis pmissis
 que in beato georgio fuerunt. **Primū** est
 sedulitas in ope cum dicat **Labora.** ipse
 enim sedule laborauit. predicando. idola
 destruendo et pplm puerendo. **Sunt** enī
 tria que inducūt milite ad bñ laborandū
Primū est p̄sideratio laboris in rege. rex
 enī xps sp fuit in labore. **In** infantia sua
 qz fugit in egyptū. in iuuentute sua. quia
 p̄nue predicauit. **Et** in morte sua. qz pe-
 nas sustinuit. vñ dicit cū p̄p̄ta. **Paup-**
 sum ego. et in laboribz a iuēute mea et
Scdm est p̄sideratio p̄ditōis in milite.
Nomen enim militis nomen est laboris
 et exercitij **Job. viij.** **Militia** est vita hoīs
 sup terrā. vñ dictū fuit cuidam militi. **iij.**
Ubi. iij. **Tu** vero vigila. in oibz labora.
Tercū est p̄sideratio magnitudis in mer

cede. **i.** **Cor. iij.** **Unusquisqz** ppriā merce-
 dem accipiet scdm laborē suū. **Sap. iij.**
Bonoz labor est gloriosus fructus. **Se-**
 cundo notat strenuitas in pugnādo. cum
 dicit **Sicut** bonus miles. **Strenuū** autem
 militem tria faciūt. s. robur virtutis. scia-
 artis. et copia armature puenientis. **Ro-**
 bur aut virtutis in tribz p̄siderat. **Debet**
 enim habere robustū aīm ad aggrediēdū.
 ideo formidolosi de p̄lio dei etiā cūnt. vt
 habet **Deu. xx.** **Istū** robustū aīmū hōie
 beatus georgius qui in medio hostiū exis-
 tiens exclamauit. **Omnes** dñi gentiū dei
 monia. dñs autem celos fecit. **Secdo** dñs
 hōie robustā manū ad feriendū. **Gen. xliij.**
Manus tua in ceruicibz inimicorū tuorū.
Istā robustā manū etiam habuit georgi-
 qui ceruicem draconis qui diabolū figu-
 rabat manu amputauit ppriā. **Tercio** dñs
 habere robustum dorsum ad sustinendū.
 sicut habuit sanctus georgius qui multa
 tormēta sustinuit p̄stanter. **ps.** **Sup** dor-
 suū meū fabricauerūt peccatores. **Scdm**
 qd facit militem strenuū est sciētia scilicet
 artis militaris. **Istā** sciētia acquirit aut
 p alienā eruditōnem. s. sacra scripturam.
Epl. vi. **Accipite** armaturam di. **Aur** p
 frequentē militantiū p̄sideratiōē scilicet
 christi et militū eius **Iaco. v.** **Sufferen-**
 tiam iob audistis et finem dñi vidistis p
 crebram p̄gressionē sē cū diabolo **Judi.**
ij. **Derelinquit** dñs gentes vt erudiret
 in eis israelē **Eccle. xxxij.** **Qui** nō est
 rēprat? quid scit et **Tercū** qd facit stre-
 nuū militem est habere copiam armature
 cōuenientis. **Habuit** enim beatus geor-
 gius quatuor amaturas scqz fidem tanqz
 scutum. qz fidem christi p̄stanter p̄fessus
 est **Eph. vi.** **In** omnibz scutum sumē-
 tes fidei. **Spem** tanqz galeam **Tradidit**
 enim corpus suū ad moriendū spreās
 qd ipsum reciperet gloriū. **Uerū**
 dei tanqz gladium p quem bonos vulne-
 rabat ad amorē et malos incidebat ip̄oz

euacuando ydolatriam et errorem. et bona opera tanquam loriceam. quia omnia terrena bona deseruit. et dei et primi obsequio se mancipauit. Tercio notat fidelitatem in obsequio cum de christi ihesu. Ille enim est miles ihesu christi qui certat pro honore ihesu christi. Et talis legitime certat. **1. Thimo. ii.** Non coronabitur nisi qui legitime certauerit. Legitime autem certat qui certantium regulam obseruat que habet quatuor capitula. **Primum** est ut ab omnibus nocuiis. id est peccatis et terrenis abstineat. **1. Corint. ix.** Omnis enim qui in agone contendit ab omnibus se abstinere. **Secundum** est ut non segniter sed foriter pugnet. **Ibidem.** Sic pugno non quasi aerem verberans. **Tercium** est ut pro se ad mortem in certamine perseueret. **Eccles. iij.** Usque ad mortem certa pro iusticia. **Quartum** est ut in certamine non suum. sed domini honorem intendat. **Istud** seruauit ioab ad dauid dicens. **1. Re. xviij.** Congrega reliquam partem populi etc. Et infra. ne nos meo ascribatur victoria. **Ista** quatuor capitula seruauit georgius quia omnia terrena precepit. et foriter dimicauit. et usque ad mortem in prelio stetit et honorem dei in omnibus seruauit.

De sancto Marco euangelista.
Sermo primus.

Obuiauit illi quasi mater honorificata. **Eccles. xv.** Sapientia diuina inquiringibus se obuiat vadit. et se desiderantibus seipsam infundit. **Hoc** modo diuina sapientia beato marco obuiauit. et in omnibus uis suis sibi occurrit. **Fecit** enim seruias. tres inuita et tres alias postuitam. **Prima** est qua inuit **Romam** ubi securus est per tanquam ouis pastorem et pastorem suum. tanquam discipulum magistrum suum. et tanquam filium patrem suum. **Et** ibi diuina sapientia sibi obuiauit. quia **1. Iuxta.** in lingua greca euangeliz ibi

scripsit. **put** ab ore magistri sui **Petri** audiuit. **Quia** enim aliqui testimonium ferunt de visu. aliqui de auditu. ideo christus secundum augustinum. duos testes habere voluit de visu. scilicet **Mattheum** et **iohannem**. et duos de auditu scilicet **Lucam** et **marcum**. **Secunda** via est qua inuit a quilegia. et ibi sapientia diuina sibi obuiauit. quia tria magna beneficia ibi fecit. **Primum** quia primus eis lumen inuadit diuinum. ex eo quod primus eis fidem predicauit. **Secundum** est quia magnus eis reliquit thesaurum scilicet volumen suum quod rome in littera greca ibidem scriptum in lingua latina perscripsit. quod quidem usque hodie reseruauit. **Tercium** est. quia specialem eis dimisit patronum scilicet sanctum **hermachorum**. quem ad fidem peruenit et eis in episcopum ordinauit qui ibi specialis patronus habetur. **Tercia** via est qua inuit in alexandriam et ibi sapientia diuina sibi obuiauit. **Ibidem** enim fuit in patriarcham consecratus. primus missam ibi celebrauit et monasticam religionem instituit. **Nam** sicut dicit **philos.** **Maxima** multitudinem in alexandria adunauit in fide et deuotione et continentie obseruatione. **Unde** ait **petrus damianus.** **Tanta** ei deus gratiam apud alexandriam prerogauit ut omnes qui tunc ad fidei rudimenta persisterent mox per continentiam ac totius sancte puerfationis instantiam tanquam ad monastice puerfationis fastigium euolarent. **Ad** ista autem ducebat eos per tria sicut idem dicit. scilicet per uerba. per exempla. et per miracula. **Matth. xlii.** Illi autem perfecti predicauerunt. ecce uerba. domino coopante et sermonem persumante. ecce exempla. sequentibus signis. ecce miracula. **Post** mortem autem eius tres alias vias fecit. **Una** via est qua eius spiritus in celum ascendit. et merito. quia etiam in terra iam erat in celo ascriptus supernis ciuibus associatus et eterni pacis coniunctus. **De** duobus primis dixit ei angelus. **Ece** nomen tuum in celo scriptum est. sociusque factus es supernarum uirtutum. **De** tercio dixit

o. iij.